

d'Alamagnia et d'altre provintie lo seguitareno; et grande instantia ha fatto circa di cio. La M<sup>ta</sup> del re li ha data repulsa, il che vedendo lui e ito al re Renato, et fatto instantia cum lui, lo quale ha mandata sua ambasiata a la M<sup>ta</sup> del re de Franza a confortarlo a questo et cosi molti prelati et s<sup>ri</sup> di Franza lo conforteno; fin a qui sua M<sup>ta</sup> non li ha dato risposta et stasse alquanto suspeso ».

Orig. alla Biblioteca Ambrosiana di Milano.  
Cod. Z-219 Sup.

### 57<sup>a</sup>. Il cardinal Bessarione a Papa Pio II. <sup>1</sup>

Venezia, 26 luglio 1463.

Sanctissime ac beatissime pater. Post humilem commendationem et pedum oscula beatorum.

Veni huc die vicesima secunda praesentis. Exceptus fui cum honore ob reverentiam Sedis Apostolice. Sequenti die exposui breviter causam legationis meae; expressi dolorem et anxietatem V<sup>ae</sup> Beat<sup>is</sup> de calamitate Christianorum et <sup>2</sup> promptitudinem animi ac <sup>3</sup> optimam voluntatem ad subveniendum. Dixi missum me a S<sup>te</sup> V<sup>a</sup> propter duo principaliter: Primo ut in hac expeditione atque expensa quam faciunt, eos auctoritate V<sup>ae</sup> Beat<sup>is</sup> pro viribus iuvarem. Secundo ut una tractaremus de generali expeditione et bello aperte cum hostibus gerendo. Ad quam rem Beat<sup>em</sup> V<sup>am</sup> ostendi <sup>4</sup> promptissimo ac <sup>5</sup> paratissimo animo esse dummodo ipsi aperte velint adversus hostes dimicare idque fateantur quod hucusque obtinere ab eis V<sup>a</sup> Beat<sup>o</sup> non potuit et sine quo non posset S<sup>tas</sup> V<sup>a</sup> vel se parare vel alios movere.

Ill<sup>lum</sup> dominium quaesito tempore cogitandi <sup>6</sup> heri misit ad me tres nobiles cum responso in scriptis, cuius cum copiam petissem, responderunt, se id facere non posse sine mandato domini. Movi aliqua super responsione eorum et rogavi, ut apertius loquerentur, praesertim de bello Turcis inferendo. Hac conditione a me recesserunt, <sup>7</sup> ut dominium consulere. Hodie vero iterum ad me reversi copiam facere noluerunt, dicentes, non esse id consuetudinis suae. Cedula tamen iterum relegerunt. Ex qua in summa notavi et scripsi illis videntibus haec, quae sequuntur.

<sup>1</sup> Cfr. sopra p. 235. Anche di questa relazione mi servii nella prima edizione del 1880, il che non nota il BACHMANN in *Fontes* 46 p. 18. Questa stampa del BACHMANN contiene però essa pure tanti errori, che dovetti decidermi ad una ristampa.

<sup>2</sup> BACHMANN: ac.

<sup>3</sup> BACHMANN: et.

<sup>4</sup> BACHMANN: omnimodo.

<sup>5</sup> BACHMANN: et.

<sup>6</sup> BACHMANN: rogitandi.

<sup>7</sup> BACHMANN: necesserunt.